



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Flos Pietatis Matutinæ, Diurnæ, Vespertinæ**

**Monasterii Westphaliæ, [ca. 1735]**

Pactum cum Deo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46598](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46598)

*Subjunge actus Fidei, Spei, Charitatis,  
Contritionis, quos habes p. 87. & seq.*

PACTUM CUM DEO,

*Artificium ingentis meriti.*

**O**Mnipotens aeternae Deus, Dominus  
ac Creator meus, ego vilissima crea-  
tura tua, amore & desiderio te continuo  
amandi, & absque ulla cessatione lau-  
dandi; impulsus, cum mentem meam  
humanæ vitæ conditio tuis laudibus in-  
desinenter affixam esse non sinat, hoc  
tecum pactum inire cupio.

Quoties spiritum duxero, aut sanguis  
in vena motus fuerit, quot literas & ver-  
ba scripsero aut protulerò, quoties mem-  
brum quodcumque movero, nunc pro  
tunc declaro, toties me facere & exer-  
cere velle, omni meliore, quo fieri po-  
test, modo, actus hosce sequentes, licet  
forte tunc ad hoc mentem minus ad-  
verterem.

Toties, inquam, adoro te summâ, qua  
fieri potest, demissione; gaudeo & gra-  
tularor tibi ex animo ob infinitas perfe-  
ctio-

fectiones tuas; gaudeo propter opera bo-  
 na, quæ unquam honori tuo ab ulla Cre-  
 tura facta sunt; fièntque deinceps, quæ  
 vellem omnia ego ipse præstitisse. To-  
 ties intensissimo ego omnium Sanctorum  
 & Angelorum affectu ex toto corde amo  
 super omnia bonitatem tuam, & ex hoc  
 amore summè doleo de peccatis meis  
 omnibus totius vitæ; spero ex infinita  
 tua misericordia per Christi merita eo-  
 rum veniam: propono cum gratia tua  
 mori potius, quàm te post hac offendere.  
 Doleo pariter ob tot peccata ab initio  
 mundi hucusque à quocunque hominum  
 commissa. Toties in manus tuas com-  
 mendo me, & mea omnia; præsertim  
 finem vitæ meæ, ut disponas de me, pro  
 ut visum fuerit divinæ voluntati tuæ, cui  
 me totum in omnibus plenè conformo.  
 Toties in unione omnium meritorum  
 Christi, & B. Virginis Mariæ, & om-  
 nium Sanctorum offero divinæ Majesta-  
 ti tuæ omnia mea verba, cogitationes  
 & opera, ut ea cedant unicè ad sanctis-  
 simi

tis,  
 seq.

nus  
 ea-  
 nuò  
 au-  
 am  
 in-  
 hoc

quis  
 ver-  
 em-  
 pro  
 ker-  
 po-  
 icèt  
 ad-

qua  
 gra-  
 rfe-  
 tio-

fimi nominis tui gloriam & exaltationem. Toties offero tibi passionem Domini nostri Jesu Christi, & merita B. Virginis, & omnium Sanctorum, nec non omnia missæ sacrificia, quæ hæcenus peracta sunt, & usque ad consummationem sæculi peragentur, in gratiarum actionem pro beneficiis corporis & animæ, à te mihi præstitis, pro omnibus peccatis meis, ad impetrandam gratiam & gloriam æternam. Hæc omnia toties rata gratâ & iterata volo, quoties possibile est id ipsum iterari, aut multiplicari; atque hoc purè ob amorem tui, omnèsque bonos & S. fines, quos habuit Christus Dominus; B. V. omnes Sancti, aut qui ab ullo haberi possunt. Tu, mi Deus, gratum habe hoc meæ servitutis obsequium & sinceri amoris testimonium.

*Vim & valorem hujus actus à contrario colligere licet: Si quis enim statueret secum: se toties velle, Deo maledici, eum blasphemari &c. se ratum habere quidquid in*

oto, mundo fieret mali, optarétque se e-  
jus esse participem; quantà is sese culpà  
obstringeret? Hoc itaque si in malo tam  
efficax est, quidni idem bono applicatum  
immensa virtutis & meriti erit?

*Testamentum hominis Christiani.*

In nomine Domini. Amen.

**E**GO N. Animam meam reddo Crea-  
tori & Redemptori meo, Corpus  
terræ, unde prodiit restituo, lubénsque  
& volens exuo me omnibus temporali-  
bus, quæ sunt *Vanitas Vanitatum*. Doleo  
de peccatis meis omnibus, maximè istis  
N. N. eaque detestor, ideo solùm, quia  
Deum meum, quem amo super omnia,  
illis ipsis offendi. Offensas omnes om-  
nibus amore Dei remitto, petoque vi-  
cissim id mihi ab omnibus fieri. Credo  
in te, ô suprema Veritas. Spero in te,  
ô aterna Felicitas. Gratiastibi ago O cle-  
mentissima benignitas. Et Revereor te,  
ô tremenda Majestas. Amo te ô incom-  
prehensa Bonitas. Subjicio me penitus  
& perfectè omni illi, quidquid de me